

nitur, ut videlicet primo anno per quodlibet par boum¹³⁴ ponat de sex salmatis bene¹³⁵ scissorum¹³⁵ et sulcatorum¹³⁶ novalium rationem, secundo vero anno et deinceps quolibet¹³⁷ XXX salmas frumenti et totidem ordeï magistro massario¹³⁸ curie representet, receptis pro expensis et mercede servitii et laboris duobus tantum augustalibus¹³⁹ per singulos duos boves.

Alterius vero, cui bidentes ad participium fructus¹⁴⁰ dantur, talis est rationis compulsio¹⁴¹ ad tapetum¹⁴², ut pro singulis centum ovibus sibi datis de decem cantaris¹⁴³ casei et de¹⁴⁴ duobus¹⁴⁵ recocte¹⁴⁶ ac IIII cantaris¹⁴⁷ lane, venditoque caseo de XII tarenis¹⁴⁸ auri pro quolibet cantaro¹⁴⁹ casei et de sex tarenis¹⁵⁰ pro cantaro¹⁵¹ recocte¹⁵² lanaque¹⁵³ distracta¹⁵³ de X tarenis¹⁵⁴ pro cantaro¹⁵⁵ soluta omnino integre pecunia, curie anno revoluto faciat rationem.

Si que¹⁵⁶ sint oves fete¹⁵⁷ portantes LXXXX¹⁵⁸ saltem¹⁵⁹ ex quolibet centenario fetus, LX videlicet feminas¹⁶⁰ et XXX¹⁵⁹ masculos¹⁶¹ agniculos, easdemque¹⁶² feminas secundo anno suos pariter¹⁶³ fetus habere in sui¹⁶⁴ tempore ratiocinii¹⁶⁵ omnino deponat. Pro stercoribus vero¹⁶⁶ bidencium¹⁶⁷ de terris inpinguatis¹⁶⁸ ab eis, in quibus die¹⁶⁹ stabulantur¹⁷⁰ et nocte, duas salmatis pinguis novalis¹⁷¹ procuret haberi, ex quibus duabus¹⁷² salmatis XII salmas victualium – de suo, si novalis casu pereat – fisco componat. Equarius vero per singulas¹⁷³ XII equas sue¹⁷⁴ custodie assignatas quolibet anno X fetus, IIII masculos et sex feminas, necessario sub omni suo periculo representet.

Hiis et aliis gravaminibus preter collectas et exactiones

-
- | | | | |
|---------------------------------|---------------------------|--|---------------------|
| 134) bovm C | 135-135) beneficiorum C | 136) fulcatorum C | 137) quodlibet V |
| 141) compulsus C | 142) capetum V | 143) cantaribus <i>verbessert aus cantaris</i> V | 144) <i>fehlt</i> V |
| 147) cantare C | 148) taranis P, caranis C | 149) cantare C | 150) carcun C |
| 153-153) <i>fehlt</i> C | 154) carenis C | 155) cantarum C | 156) quoque V |
| 157) fetus V, fore C | 158) LXXX C | 159-159) <i>fehlt</i> C | 160) femineas V |
| 164) suo V | 165) rationi C | 166) nec C | 167) videntem C |
| 168) impingatis P, impugnatis C | 169) dies C | 170) stabulabantur V | 171) novalibus C |
| 172) duas C | 173) singulos V | 174) <i>fehlt</i> C | |